Fragmentarium

Acta Sanctorum, Jul. Tom. III, p. 98, Sp. B
s. Potthast, S. 594, Sp. 2, unten.
(S. I.

... e ſpeſ toti animi depriret. ipſa
... meritiſ redimere implorat. Tunc
... domini precſ quidē ſupplicantium benig
... ſuſcepit. ſed ut ad opa ſua q[ui]eti eius
rediuerent impauit. Quid multa. Ubi
immotu labiorum aliquamdiu lacrima
tum eſt. quod tamen cum nouitate ſtuporiſ dic
tum ſit. uideaſ celum imm pati. & aeriſ
elementa ac ſi quadam ui refrenari. Itaque
abundanſ celi cataractiſ ruente pluuiali
da nimborum grandine. celum in parte ſe
renum illuxit. atque ſoliſ radioſ ſuper agros
gloſe uirginiſ largiuſ infudit. Mirum
dictu. Ipſa denſa nymborum congeries in
giro agrum beate uirginiſ cingens. ac
ſuprema fixa pependit. ut nec ueſti
gium nubis ut modicum eam celi partem
ubi fundus ei erat obfuſcare potuiſſet.
Ecce uirgo dei. ſponſa agni. quem cum he
lia celum clauſit. nubes abegit. itemque
ubi uoluit pluuiam contraxit. Inclitus
ille metator campi iarchos fulgore diuini
ioſue. ſoli dixit & ſtetit. hec orauit. et
luminis ſui defectum ſol ignorauit. In
eo autem quod uaſtus mundus in undatio
ne pluuie maduit. ſed in ſolo illi agro
nec ſtillicidium ſtillauit. fortiſſimi ge
deonis uirtuti communicauit. Qui ro
rante omni mundo. in ſolo uellere ſicci
tatem impetrauit. Patet quippe quia quibus
uirgo domini in ſublimitate ſignorum equa
liſ enituit. eorum numinum ſpiritu plena fu
it. Reſidente igitur non longo post tempore
ſacratiſſima uirgine amalberga in ora
torio quod in ſupradicta uilla ob oratio
num uigiliarumque frequentiam domui
ſue contiguum edificauerat. atque diui
nis ſicut ei moris eſt animum intenta ſer
uiciis. puer familiariſ et ipſe quoque officium
procurationiſ gerens. uenit ad eam. dicen[s]
innumera multa auium depaſcere ſementi[s]
agri ſui. Et rurſum. uerere domini inquit domina
... & fugato ... ſed poſt horam rede
unt. Fatigati quidem queunt. ſed nimis
importune ab hiſ ſedibus eliminari neque
unt. Beata itaque amalberga. ite ait
pueris ſuis. & eas in cuſtodia publica
recludite. Famuli imperata perficere ma

turabant. rurſus uero diſſimulant. uelut
qui imperata explere quidem cupiant. ſed
impoſſibilia eſſe uideant. Quos heſitan
teſ ac muſſitantes quedam ſanctimonialium
nomine geneuia uidens. redarguit dicens.
Ignaui & tardi. ſi rem grandem uobis
dixiſſet. domina noſtra. certe faciendum erat. quanto
magiſ quia nunc dixit. ite & uolucres
illas minate. Nam femina ego uiros pre
cedam. uos me ſequimini. & actus meos
imitamini. Et ne longius protraham. tur
in campum. & ecce late omnia albicant
pennatis uolucribus. quas communi uoca
bulo gantas appellare ſolent. Quibus ſi
cum iumento balaam communia uerba non
erant. tamen ut animaduerteres quadam ſi
mulacro eas humane ſentire atque diſ
cernere. depoſitis in terram capitibus ac ſub
miſſiſ aliſ. ita dum eas minarent cum
manſuetudine preibant. ut ne una quidem de
ex eis moueret pennam. aut aperiret os et
garriret. Unde denique erat perſpicuum
eas pacti ſceleris eſſe conſcias. atque confuſas.
Subſequenti autem nocte. dum explere-
tis matutinorum ymnis. uirgo domini [cum] certa-
mine domum rediret. miſerata uoces per
ſtrepentium. iuſſit eas aperiri. ut quo uellent
abirent. Sed ex omni illa auium multitudi
ne puer officialis unam ſubtraxit. et in oc
culto abſcondit. Reliquę omnes iam lon
giuſcule e clauſtris exibant. et repen
te ſeſe omnibus inuicem circumſpecti ... ato
impetu redibant. & uirginis dei preſentiam
requirebant. Tum preter ſolitum garrientes
ſubinde ſe circumſpectantes ſubinde in dei ignem
que ibi forte ſtabat per feneſtram perſpicientes
uno obtutu herentes. fuit cernere eas
affectum preſtolantium quibusdam ſignis et nu
tibus pretendiſſe. Virgo autem domini quid que
rerent ut quod peterent. uirtute ſibi a
deo nota agnouit. captiuamque ſociam reddi.
gregique iubet ſociari. Qua recepta. omnes
diſcedere uiſe ſunt. Sanctarum preceptum eis po
ſuit. ut iam amplius fines agri illius non tan
gerent. & hoc in omni generatione ſua
numquam preterirent. Ita demum gregatim om
nis illa auium multitudo euolauit. ut
ſic a lincolis adhuc teſtatur. nulla generis

License: public_domain – [sine loco], codices restituti, , Stuttgart 1r – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-d70v/9860/71779)